

# S V M M A R I V M.

## Hispalen. Decimarum.

**L**EO. Papa XI. ad perpetuam rei memoriam impositi nobis munus aeris debitum expoicit, ut in his nostris auctoritatis partibus libenter interponamus pro qua differens, & controverfis inter Ecclesiasticas personas vigentibus à medio sublatiss, carum quieti opportunitate consulamus. Cum itaque alias fel. record. Paulus. Papa Tertius Prædecessor noster Societatis Iesu &c. subdata anno incarnationis Domini 1589. 15. Kalend. Nouembris Cum deinde rec. me. Pii Papa Quarti pro parte Prepositi Generalis, & Vniuersitatem Societatis predicta &c. prout in litteris eiusdem Pij Prædecessoris informa Brevis sub data die xix. Augusti 1561. Et cum demum pīx mem. Gregorio Papa XIII. & Prædecessori nostro pro parte, tunc existentis Prepositi Generalis eiusdem Societatis Iesu &c. sub data die 1. Januarij 1578. Pontificatus sui anno sexto expeditis litteris plenius continetur, Cum itaque sicut accepimus ex eo quod occasio prefatorum privilegiorum Religiosi dicitur Societatis se eorumque Domos ecclesiarum Probationum Collegia & loca ac prædia, res & bona quocunque à salvatione eam decimarum, quae Parochialibus, & alijs Ecclesijs de iure, vel consuetudine, seu quoquis alio titulo; vel causa debentur exemptos esse: contra vero Metropolitanarū, & Cathedrālium, ac aliarum Ecclesiarum Archiepiscopi, Episcopi, & alij Praefectus Ven. Fratres, & Capitula, ac Parochialium Ecclesiarū, Rectores, Regnorū, Castellæ, & Legionis dilecti filij ipsos Religiosos Societatis Iesu tali exemptione in maximum illorum præiudicium abusi pretendent inter illos dudum super hoc diuersæ lites seu controverfie ortæ, & in causa, seu causis huismodi ad aliquos actus deuentum fuerit, & licet demum de in eūda inter ipsas partes aliqua concordia trahatum, & in Congregatione Generali Capitularum in Civitate Vallisoletana de anno 1602. habitæ diuersæ propositiones hincindè inter ipsas partes ad effectum huismodi concordiam ineundi factæ fuissent, nihilominus aliquid conclusum non extiterit, sed utraque pars negotium istud ad Romanū Pontificem remiserit. Nos qui inter Ecclesiasticas personas pacem, & quietem perpetuam vigere, & conseruari sincerè desideremus affectu Remissionē huismodi acceptantes negotium huismodi iussu fel. record. Clem. Papa VIII. prædecessoris nostri mature discussum &

Num. 1.  
Littere Leonis.

§. 1.

§. 6.

§. 7.

§. 8.

§. 9.

§. 10.

§. 11.

§. 12.

§. 13.

§. 14.

examinatum pro æquitate terminare, ac omni ulteriotis controver-  
sia, & discordia inter dictas partes occasionem præcidere sta-  
tuimus Idcirè singularum Pauli Pij, & Gregorij Prædecessorum,  
et aliorum quoruncumq; in favorem prædictæ Societatis super exem-  
ptione huiusmodi expeditatum litterarum veriores, ac totos tenu-  
res, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad  
verbū insertis habentes, necnon quascunque lites, & causas pre-  
missorū occasione, hactenus inter Ven. Fratres Archiepiscopos &c.  
ex una, & dictam Societatem &c. ex altera partibus coram qui-  
buscumque iudicibus &c. ad Nos harum serie auocantes illasque  
penitus extinguentes, & quascunque sententias, litteras exequo-  
riales ad fauorem Societas, seu illius Domorum, vel Collegiorum,  
aut alicius illorum quomodolibet lasas, & relaxatas, & etiam forsan  
executas, & alias quascunque pronostiones quomodolibet, & quandocum-  
que ad eorumdem fauorem expeditas renocates, & ad præsentium pre-  
scriptum reducentes, ac perpetuum partibus ipsis super præmissæ  
omnibus, & singulis silentiis imponentes Salvis tamen quibuscum-  
que concordiis, seu transactionibus inter partes initis, quas in suo  
robore remanere volumus Motu proprio &c. statuimus, decer-  
nimus, & ordinamus, vt ex nunc deinceps perpetuis futuris tem-  
poribus prædicta Societas &c. in prædictis Regnis, Castellis, &  
Legionis existentia ratione prædiorum possessorum Vinearū loco  
decima vigesimam, scilicet ex singulis viginti vnum eorum fru-  
ctuum cuiuscumque generis, & speciei, quos in illis colligunt,   
necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient  
piscationum, Auium aliarumque rerum, & specieram de quibus  
de iure, vel consuetudine decimari solet Ecclesiis, quibus alioquin cir-  
cumscriptis dictis prius legiis decima perfolui deberet, perfoluere  
teneantur, & obligati existant. Et quia euuenire poterit, vt Reli-  
giosi dictæ Societatis alia prædia possessiones terras, & bona  
emptionis titulo In posterum acquirendis, aut excolendis huius-  
modi, & alijs supra deducitis noua contouersia deinceps oriatur,  
declaramus, & pariter statuimus, & ordinamus, quod ratione  
eorum prædiorum possessionum, terrarum, & bonorum, quæ  
empti sive titulo acquirendum, aut quæ titulo locationis ab alijs  
conduixerint ipsis colet, aut coli facient non vigesimam, sed integrum  
decimam sis Ecclesiis, quibus, & prout unicequam ipsi Religio-  
si illa tenerent debetur pariter soluere teneantur, & obligati exi-  
stant: ab huiusmodi autem decimæ, seu vigesimali solutione bortos  
seu Viridaria, quæ apud eorum Domos, seu Collegia intra Citi-  
tates, & Oppida habuerint, nec non etiam vnum tantum prædio-  
lum

Utm in agro prævnaque Domo, seu Collegio, quod tamen  
muri circumdatus sit, & quatuor fane garum illarum partium,  
mensuratum nō excedant exempta esse volumus, & ordinamus.  
Decernentes ipsos Societatis Iesu Religiosos ad medie decimæ  
huiusmodi respectiuè solutionem faciendam de extero omnino  
teneri, & ad id censuris, & peccatis Ecclesiasticis alijsque oppor-  
tunis juris, & facti remedij, & que & non exemptos cogi, & com-  
pellere posse, nec ab huiusmodi media decima solutione prædicto-  
rum Paulij Pij, Gregorij, ant aliorum Pontificum Prædecessorum  
litteras, aut alio quoquis pretextu, causa, vel occasione resilire, vel  
deficere ullam enus posse ipsos vero Archiepiscopos, Episcopos, &  
Præfules, Capitula, & Rectores Ecclesiastum prædictarum, & alias  
personas Ecclesiasticas, quibus huiusmodi mediæ, & integræ de-  
cimæ, respectiuè debentur earum solutione, prout à nobis, ut  
preferitur statutu, & contentos esse debere præsentes quoque litteras &c.  
perpetuò validas, & efficaces existere, & fore ac illis omnibus, &  
singulis quos concernunt plenissimè suffragari, ac ab illis respe-  
ctiuè obseruari debere, sicq; & non aliter per quoscunque Iude-  
ces &c, sublata eis, & eorum cuilibet &c. ac irritum, & inane  
quicquid fecus super his à quoquam &c. Quocirca Ven. Fratri,  
Archiepiscopò Toletano, ac dilectis filijs causarum Curia Cam-  
eræ Apostolicæ Generali Auditori, ac nostro, & Apostolicæ Se-  
dis in Regnis Hispaniarum Nuncio, per præsentes committimus,  
& mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnu eorum per se,  
aliu, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque  
litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fue-  
rit, & quoties pro parte tam Societatis quam Capitulorum, & aliorum  
prædictorum, seu aliquius eorum fuerint requisiti solemniter publicâ-  
tes illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes  
faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos eorum præmis-  
sorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos,  
aut aliquos illorum desuper à quoquam quavis autem &c. quo-  
modolibet indebet molestari contradictores &c. inuocato etiâsi  
opus fuerit auxilio brachij secularis non obstante, prefati Pauli, Pij,  
Gregorij, & aliorum Pontificum prædecessorum litteris, ac simili-  
lis mem Bonifaci, Papa VIII. etiam Prædecessoris nostri de vna,  
& in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra-  
tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non traha-  
tur aliquique Apostolicis, ac in uniuersalibus Provincialibusque, &  
Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus conuentu-  
nibus, & ordinationibus, ac Regulis Cancellariae nostræ, & præ-

§. 26.

§. 27.

§. 28.

§. 29.

§. 30.

sentim de iure quasito non tollen, nec non tam ipsius Societatis, quam quacunquam Ecclesiarum Metropolitanarum Cathedralium Collegiarum, & Parochialium, & aliarum etiam Iuramento confirmatione Apostolica, vel quaius firmitate alia corroboratis, & confidit inibus, prouidege quoque, induitis, & litteris Apostolicis, &c. etiam *Mariae Magno Bulla aurea*, aut alias nuncupatarum, quibus omnibus, & singulis &c. Dat. Roma apud Sanctum Marcum sub anno Piscatoris die 23. Aprilis 1608. Pontificatus Nostri anno Primo.

**Numb. 2.** Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Dum indefessa considerationis intentio perscrutatur Christiana Reipublica militare

Littera Pii V.  
**S. 37.** *missericordia* & *charitas* Dilecti filij presbyteri Superioris Iesu, ac plene conspicimus eos vere Mundi huius regni illicebis adeo servatori suo se dedicasse, ut *concessas T horauris*, quos serugo, & tinea comedit humbisque paupertate, & humilitate praeceps non contenti terrarum finibus usque ad orientales, & occidentales Indias penetraverint, ac eorum aliquos ita Domini amor perstringerint, vt etiam propriis sanguinis prodigiis, & verbis inibi efficacius plantarent *Martyrio voluntario* se supposuerint; perque eorum spiritualia exercitia etiam Regna ipsa fidem Christi agnouerint, ac tam inibi, quam ubique terrarum charitatis, & misericordiae opera exercere studeant facete nullo modo possumus, quin eos tamquam veros palmites in Christo per charitatem coniunctos, & benignè amplectamur, & ea sibi specialiter concedamus, que & paupertatis per eos emissa vota, & eorum instituto, ac commoditati credimus profutura. Hinc est quod Nos attendentes quod licet dilecti filij Praepositus Generalis, & Presbyteri Societatis huiusmodi, sum quia ipsa Societas mendicans existit, quippe qua ex eius Instituto, & Constitutionibus Apostolica autoritate confirmatis bona stabilia possidere nequit, sed incertis eleemosynis fideliumque largitionibus, & subuentiis viatis, tum quia non minus, quam cæteri mendicantes in excolenda vinea Domini assidue laborant fructusque ingentes, & salutiferos producunt, ac propterea eisdem priuilegijs, Indultis, & gratijs Fratribus Mendicantibus, hactenus concessis, ut frui potiri, & gaudere meritò possunt, ac debeant. Cum tamen illud aliquando in controvèrsiam deduci posse ex eo, quod dicta Societas Collegia habeat secum adiuncta Nos ambiguitatem huiusmodi omnino amputare volentes, eosdemque Praepositum &c. Moro proprio &c. ex mera liberalitate, & certa scientia nostris illam, & illius Praepositum, & singulas personas Societatis huiusmodi verè, & non sicut mendicantes fuisse esse, & fore, & inter aliorum Fratrum, &

**S. 38.**

**S. 40.**

**S. 56.**

**S. 41.42.**

**S. 56.**

**S. 58.78.**

**S. 62.**

**S. 67.68.**

Reli-

Religiosorum Mendicantium ordines aliosque Fratres, & Reli-  
gioſos mendicantes, prout illos Nos connumeramus, & connu-  
merari debere, ac omnes, & singulas tam iuris quam hominum,  
dispositiones in fauorem Religioſorum, seu Fratrum Mendican-  
tium, nūs & pro tempore emanaſtas, etiam in Societate illius Do-  
mibus, Collegijs, Prepoſitū, & aliis Religioſis locum habere, Nō  
non omnia, & singula quocumque, quicunque, & qualemque ſini  
eiam ſpeciali noſ digna Priuilegia, immunitates, exemptiones,  
facultates, conſeſſiones, Indulta, Indulgentias, peccatorum re-  
miſſiones, & gratias, tam ſpirituales, quam temporales litteralſq;  
Apostolicas etiam iuſtitiam ſive mixtim concernentia hactenus  
per Nos, & quocumque alios Romanas Pontifices, tam prædeceſ-  
ſores, quam ſucceſſores noſ, & denique Sedem Apoſtolicam  
& illius Legatos de latere, ſive Nuncioſ, & quacumque alias  
personas quauis auctoritate fungentes, etiam Motu, & Scientia  
ſimilibus, ac de Apoſtolicæ potefſtatis plenitudine, etiam conſi-  
ſtorialiter tam in generē, quam in ſpecie, & tam communiter, &  
coniunctim quam particulariter, & diuīſim etiam per modum  
extenſionis, ſeu communicationis, & alias quomodolibet qui-  
busuiſ ordinib⁹ Fratrum, & Sororum mendicantium quocun-  
que nomine nuncupentur illorumque Congregationibus con-  
uentibus, & Capitulis, ac utriusque ſexus personis, ac illorum  
Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis  
hactenus confeſſa, & in paſterium concedenda, quorum omnium,  
& singulorū tenores, ac ſede verbo ad verbum inſerit forent preſen-  
tibus pro expreſſis, & inſeritibus volumus eisdem Prepoſito, ac  
Societati, & omnibus illius personis, Domibus, ac Collegijs, ubiqua  
terrarum ſitis, ita quod Societas, Domus, Collegia, Prepoſitus, &  
perſone huiuſmodi omnibus, & singulis prædictis Priuilegijs, im-  
munitatibus, confeſſionibus, indultis, Indulgentijs remiſſionib⁹  
gratijs, & littetis eisdem Fratrum, & Sororum mendicantium  
Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, Perfo-  
nis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs  
locis, vt præfertur confeſſis, & concedendis ante a potuerint, &  
nunc ac in ſuſurum ( dummodo Instituto Societatis, & Præpoſiti,  
ſeu deputatarū personarum huiuſmodi voluntati, & beneplacito  
non refragentur ) poſſint libetē, & licite ut frui potiri, & gaudere  
in omnibus, & per omnia non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter  
& aquæ principaliter abſque villa pro rufus diſferentia perinde ac ſi ſo-  
cietati Præpoſito perfonis, Domibus, & Collegijs prædictis nominatis,  
& ſpecialiter confeſſa priuilegia Apoſtolica auctoritate

§. 72.

§. 69.

§. 71-73

§. 80.

§. 77.

§. 74.

§. 75.

§. 76.

§. 77.

S. 56.

157.2

258.2

257.2

258.2

257.2

257.2

Num. 3.

Littera Pauli V.

S. 81.82.

257.2

257.2

257.2

senior et præsentium perpetuo sancimonijs destramus, ac pariter concedimus indulgencias, & clarginas. Deoernentes præsentes litteras nullo inquam tempore per Nos, aut sedem prædictam reuocari docet, ut & non aliter per quoscumque iudices &c. Institutum, quaque, & inane &c. Quicuna Ven. Bramibus, Patriarchis, Archiepiscopis, &c. Motu suu mādamus, quatenus &c. præsentes litteras, & in eis contenta quecumque ubi & quando opus fuerit &c. Solemniter publicantes eisque in premillis efficacis defensionis præsidio assistens &c. contradictores quoslibet &c. inuocato etiam &c. Non obstantibus, ac fel. recordationis Bonifacij Papæ Octavi Prædecessoris nostri de uña /<sup>2</sup>/ Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo &c. & alijs Apostolicis Constitutionibus, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Priuilegiis, quoque Indulgencis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac Nos & Sedem Apostolicam, etiam Motu, & Scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cu quibusvis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modifi catiuis, & exceptiuis, declaratiuis, attestatiuis, ac derogatoriis derogatorijs, alijsque effacioijs, & insolitis clausulis irritatiibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam plures concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari possit pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialibus specifica, & expressa mentio habenda, seu si aliqua alia forma adhoc seruanda foret tenore huiusmodi præsentibus pro expressis habentes illis, alias in suo roboře permanfuris hac vice, dumtaxat specialiter, & expreſſe derogamus contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 7. Iulij 1571. Pontificatur holiſtianus sexto.

Paulus Papa V. Quantum Religio Societatis Iesu &c. Necnon supradicta, & quæcumque alia decreta, statuta, & ordinationes, quæ Institutum, & Societatem huiusmodi illiusque gubernationem quomodolibet concernunt in generalibus Congregationib; edita, nec non priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & induita a prædictis, & alijs prædecessoribus nostris eidem Societati, & illius pro tempore existenti. Præposito Generali, & Religiosis principaliter, vel per communicacionem concessa qualiacumque illa sint, ac desuper confessas litteras,

ras, quārum tenores p̄fessorib⁹ haberi volumus pro expressis,  
& inde sequuta quācumque ( saluis litteris p̄te memorie Leonis  
Pape XI. etiam Prædecessoribus nostri super decimis emanatis )  
Apostoli canonicitate prædicta eorumdem tenore presentium,  
perpetuū approbamus. Ex cuiuslibet ac illis perpetua, & in-  
uiolabilis firmitatis, ac nosfer, & Sedis Apostolice auctoritatis,  
roburradicimus: eaque norma, & singula innowamus, & de nouo  
concedimus: ac omnes, & quoscumq; tam iuris, quam facti de-  
fectus, si qui forte quomodolibet intergenerint in eisdem supple-  
mus &c. Decernentes eisdem presentes nullo vacuam tempore,  
etiam ex eo quod causa propter quae emanarunt prius examina-  
te & verificata, & approbatæ non fuerint, aut ex quovis alio capi-  
to, vel prætextu, ac alia quacumq; quantumvis legitima, & iu-  
ridica causa de subreptionis, vel obceptionis, aut nullitat⁹ viejo,  
sed intentionis nostræ, vel alio quocum defectu rotari, impugnari,  
invalidari, aut ius, vel controvèrsiam revocari, seu ad retininos iu-  
ris reduci, aut aduersus eas quocumq; iuris, gratiae, vel facti re-  
medium impetrari etiam. Mox parç concedi posse illasq; sub simili-  
lum, vel dissimilum genitariūm & uocacionib⁹ & limitationib⁹,  
modificationib⁹, suspenſionib⁹, derogationib⁹, per quoscumq;  
Romano Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Se-  
dem prædicatæ, etiam in crastinari assumptionis ad summum Apo-  
stolatus spicem quorūdam q̄uicellorū nostrorum, vel alias  
etiam motu scientia, & potestatis plenitudine similibus sub qui-  
busuis etiam derogatoriū derogatorijs, alijsq; efficacioribus,  
& insolitis, ac etiam irritantibus, & alijs dexteris, & clausulis,  
quandocumq; emanatis etiam si de eisdem presentibus earumq;  
toto tenore specialibus specifica, & expressa, ac de verbo ad ver-  
bum mentio fieret, minime comprehensas, sed tanquam indis-  
ni cultus fauorem, & fidei augumentum, & propagatio em con-  
cessas semperq; & omnino abillis exceptas, & quoties illa em-  
anabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, re-  
positorias, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumq;  
posteriori noua data per pro tempore existentem Præpositū Ge-  
neralem, & alios Superiores d. Societatis, quandocumq; eligēda  
concessas, ac etiam confirmatas, & approbatas, validatq; & effi-  
caces, ac illibatas etiam absque eo quod desuper ad Sede illarum  
ulterior restitutio revalidatio, confirmatione seu noua nomineq; im-  
petranda sit sote, & esse, ac suos plenariosq; integrōs effectus sol-  
tiri, & obtinere, atque ab omnibus ad quoscumq; & pro tempori  
re spectabit in uiolabiliter obseruari &c. Datum Romæ apud San-

ctum

Eum Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1606. pridie nonas Septembri Pontificatus nostri anno secundo .  
Sit notum cunctis p̄fens publicum Instrumentum cuiusvis qualiter Ego Ludovicus de Teso Societatis Iesu Presbyter Viceprovincialis p̄fentis Provincie Botica tamquam talis Viceprovincialis pro me , & nomine Collegiorum , & Domorum huius Provincie , & dictæ Societatis in p̄fenti Archiepiscopatu Hispalen. nemp̄ nomine Collegiorum Sancti Hermenegildi , Sancti Ludouici , Nouitatus , Collegii Conceptionis , Seminarii Aglorum , & Irlandensem huius Ciuitatis Hispalen , & aliorum pro tempore existentium in dicta Ciuitate, necnon Collegiorū , Ciuitatum, seu Oppidorū de Carmona , Marchena , Ecila , Trigueros , Vtrera , Xeres , & San Lucar , & pariter Collegiorum de Osfluna , & Moron , & Collegii Civiatis Gadicens. ratione Decimorum , quas soluere tenebunt ex Terris quas habent , & habebunt in isto Archiepiscopatu , & ex aliis fructibus de quibus est soluenda decima ; fateor & recognosco , quod do , & tribub omnimodam meam facultatem plenam , & completam , ac sufficiemtē qualis de iure requiritur . Paribus Gondisaluo de Peralta , Pr̄posito Domus Professa p̄fentis Ciuitatis , & Patri Ferdinādi de Mendoza , & Patri Didaco López Viceretori dicti Collegii Sancti Hermenegildi , & Patri Ioanni Camacho Procuratori Generali Provincia utrū Indiatum in hac Ciuitate , & cuiilibet ipsorum insolidum adhuc , vt nomine meo , & dictorum Collegiorum , necnō aliorum nunc & protempore existentium In isto Archiepiscopatu possint cum Dominis Decano , & Capitulo Sancte Ecclesie p̄fentis Ciuitatis administratoribus perpetuis reddituum decimalium istius Archiepiscopatus tractare , & capitulare , ac facere quæcumque pacta , conventiones , & transactiones inter dicta Collegia , & me nomine ipsorum Collegiorum , et cuiilibet partis pro interesse cuiuslibet de , et super solutione decimalium , ad quas tenentur prædia , vineæ , oliueta , rura , terræ , aues , armenta , et omnia alia bona dictorum Collegiorum , quæ Decimam soluere debent , et solent , et pro quolibet in particuli tam de bonis , seu prædiis , quæ per semet ipsos colunt , et colligunt , quam eorum , quæ colunt per colonos , et affiliarios , et facto , ac concordato deliberatoque conuenio , et pacto inito in et super ea quantitate , ac modo , et forma eis sibi beneuiso possint , et valeat obligare , et obligent dicta Collegia , et quodlibet ipsorum insolidum ad soluendum , et satisfaciendum de concordatis in terminis , et sub poenis , et salariis concordandis . Renunciando pro

Num.4.  
Mandata V. Pro-  
vincialis pro cō-  
cordia .

S. 83.

pro parte dictorum Collegiorum omnibus iuribus, et prætentis-  
fibus mihi competentibus pro non solutione decimatum, & ce-  
dendo omnibus litibus, & causis intentis, & de nouo intentandis  
privilegijs, & Bullis incontrarium facientibus; Nosque obligan-  
do, & prorogando, quod non prosequemur præmissa, seu præ-  
tensiones, ut iura nostra, nec alia intentabimus de nouo contra  
qualcumque personas presentis se opponere valentes, & cum  
omnibus clausulis, & conditionibus viribus, & obligationibus, &  
modo, & forma, quibus concordabis, seu concordabunt cū qui-  
busuis salarijs submissionibus renunciationibus legum, & fori, fa-  
ciendo, & stipulando præmissorum occasione omnes scripturas  
necessarias cum submissione, & facultate danda iudicibus, & iu-  
sticijs obligatione, & pacto exequituo, ac renunciatione legum  
in nostri, & nostrorum fauorem facien. & cum alijs vinculis, &  
firmitatibus pro illarum subsistentia, & valore modo enim quo  
per dictos Patres, aut ipsorum quilibet erunt facte, & stipulat<sup>r</sup>  
ego tamquam talis Viceprouincialis nomine dictorum Collegio-  
rum, & Domorum gerenda approbo, & ratifico, & dicta Colle-  
gia, & Domos obligo ad habendum grata, & rata gerenda, &  
quicquid in dictis Instrumentis continebitur cum conditione,  
quod illas approbare teneatur Reuerendissimus Pater Generalis  
pro tempore dictæ Societatis, iuxta nostras Constitutiones Etsi  
pro præmissorum occasione necesse erit possint, & valeant com-  
parere coram quibusuis Iudicibus, & facere quæcumque acta,  
& diligentias iudiciales, & extra iudiciales necessarias, & oppor-  
tunas, & quicquid ego facerem, nam ad præmissa, & dependen-  
tia illis do facultatem, & potestatem de iure necessariam cum li-  
bera, & generali administratione ipsosque relevo informa, & pro  
gerendorum firmitate obligo bona, & redditus dictorum Colle-  
giorum, & Domorum dictæ Societatis huius Archiepiscopatus,  
& alia de nouo erigenda habita, & habenda. Actum in Ciuitate  
Hispalen. die 8. Augusti 1645. & ipse constituens quem Ego præ-  
sens Scriba publicus attestor cognoscere scripsit proprio  
nomine in registro præsentibus pro testibus nro Ramirez,  
& Ioanne de Torres Scribis Ciuitatis Hispa. , Consignau<sup>r</sup>  
præsens transumptam Constituentem ipsamet die Apulationis in  
papyro pauperum iuxta qualitatem personarum, in quo papyro  
negociant Patres Societatis Iesu virtute Decreti Domino<sup>r</sup>um  
Regiæ Cancellariæ Granaten. de quo attestor, & ego Michael  
de Burgos Scriba publicus Ciuitatis Hispalen. me subscripsi, &  
hic publicau<sup>r</sup>.

Patres

Patres Gundisalvus de Peralta Præpositus Domus Professa Societatis Iesu præsentis Ciuitatis, Ferdinandus de Mendoza, Ioannes Camacho Didacus Lopez Vicerector Collegij S. Hermenegildi præsentis Ciuitatis vigore mandati procuræ Patriæ Viceprouincialis huius Provinciae Boecia pro semetipuis, & nomine Collegiorum huius Archiepiscopatus, quod quidem mandatum procuræ præsentamus. Dicimus quod Vestra Illustrissima Dominatio habet plenam notitiam litium, & causarum, quas hec Sancta Ecclesia prosequitur, & tractat contra præfata Collegia super iure decimandi fructus, & alia decimabilia. Et quia Societas ex animo desiderat, quod Vestra Illustrissima Dominatio dignetur, sibi gratiam facere in accipiendo aliquid temperamentum, & compositionem in dictis causis absque eo quod de illo dubitari possit, & constet de reuerentia, & humilitate, cum quibus Societas subiacet, & subiaceat debet dispositionibus Vestra Illustrissimæ Dominationis de cuius manu percipit, & recipit tot honores, & beneficia, & simul ac semel percipiunt omnes Religiones, & cui libet Religioni resultat: ex pace vigente cum Principibus potestatibus, & maioribus, & ab exemplo, quod mandata Vestra Illustrissimæ Dominationis executioni demandauerint, & quod hanc eamdem prætensionem cum alijs Sanctis Ecclesijs Regnum Hispanie compoaserit, & habita notitia, quod Vestra Illustrissimæ Dominationi placuit anno 1636 benignè audire hanc proxim compositionis, & quod de ordine Vestra Illustrissimæ Dominationis fuerunt inita Romæ nonnulla Capitula Concordiæ. Et quamvis in illis Collegia istius Archiepiscopatus remanerint grauata multo plus quam omnia alia Hispanie in compositione, Concordiæ cum alijs Sanctis Ecclesijs capta, & per consequens Vestra Illustrissimæ Dominationi fuerit tributa laus, & quod concordauisset negocium tanti momenti: nihilominus dicto nomine, & propter rationes datas in dictis Capitulis assentimus, & stare volumus prefata Concordiæ. Attamen quia in dictis Capitulis continetur, & tractatur, quod dicta Collegia huius Archiepiscopatus debeant remanere obnoxia, & obligata restitutio decimorum solui, & omitti cessatarum: & hoc ultra quod dat ansam, & occasionem nouarum litium mouendarum, & agitendarum super liquidatione decimorum non solutarum non est possibile, quod Concordia huiusmodi stare posit respectu status, in quo existunt cuncta Collegia, & quod non habent vires ad sustentandum, nec quidem medietatem Religiosorum dd. Collegiorum, & Domorum, & est necesse se iuuare eleemosynis fidelium, prout

Vestra

Vestræ Illustrissimæ Dominationi est notum . Propter quam cau-  
sam , & alias Sanctæ Ecclesiæ Hispaniarum omiserunt omnimodè  
hanc prætensionem , & solum tractarunt de futuro non referua-  
to iis iure ad præteritum . Et Vobis a Multissima Dominatio pro-  
pter suam magnitudinem , & gratiam , & amorem , ac pietatem ,  
quibus prosequitur Societatem speramus , quod vretur æquali  
benignitate , & propere & plorium sine gratia quam Societas con-  
sequi sperat acceptando Concordiam in hac forma ; Et ut mo-  
do præmisso concludatur . Implicantus Vestræ Illustrissimæ Do-  
minationi dignetur nominare Dominos Deputatos , ad hunc esse-  
stum , quod erit nobis tam gratum , quam quod gratissimum .

Vestry College Society

July 1824

COUNTY

CONFERENCE

CONFERENCE

CONFERENCE

CONFERENCE

CONFERENCE

CONFERENCE

R. P. D.

# CORRADO

Hispaleñ Deci-  
marum.

P R O

Ven Collegij Socie-  
tatis I E S V .

*CONTRA*

*Capitulum.*

---

Summarium

Quintæ positionis.

---

ROMÆ , Ex Typographia  
Reu.Cam.Apost. 1647.

*Superiorum permisso.*